VII. caput.

Dixit Dominus ad eum: Ingredere
tu et omnis domus tua in arcam: Te
enim vidi iustum coram me in
generatione hac: Ex omnibus
animantibus mundis tolle septena
et septena masculum et feminam, de
animantibus vero immundis duo et
duo: masculum et feminam. Sed
et de volatilibus caeli septena et se-
ptena masculum et feminam: ut sal-
vetur semen super faciem universae
terrae. Adhuc enim et post dies sep-
tem ego pluam super terram quadra-
ginta diebus et quadraginta noctibus
et delebo omnem substantiam
quam feci de superficie ter-
rae. Fecit ergo Noe omnia quae
mandaverat ei Dominus. Eratque
sexcentorum annorum quando diluvii aquae
inundaverunt super terram. Et ingres-

http://digital.slub-dresden.de/ppn346058791/42